



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 189. Quid sit retractus, & quomodo liceat eum impedire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

alienata est. 5. Per restitutionem in integrum, de
qua n. 677. dictum. V. *fls. t. 4. d. 2. à n. 414.*

Q. 189. Quid sit retractus, & quomodo liceat eum 994
impedire. R. Retractus, est jus, quod habet, v.g. pro-
ximior consanguineus, ad rescindendam vendi-
tionem rei immobilis, oblato pretio, quo ab ex-
traneo vel remotiore consanguineo emebatur:
fit autem communiter intra annum & diem; &
retrahens, sibi tantum potest redimere, non alte-
*ri, *Castr. p. 5. p. 29.*, quem vide. Potestque retrahens*
emptorem in dubio cogere ad jurandum,
*quanti emerit, uti docent *Tiraq: Reinkinck & alii.**
Quomodo autem liceat impedire retractum, do-
cebit casus sequens. Titius emit domum à Cajo 995
& solvit 300:, sed timens ne domus retrahatur à
consanguineis, ut hos deterreat, cum consensu
*Caji scribit in instrumento se daturum 500: *Quæ-**

ritur, an licet: Respondet Less. in auct. V. Contractus

cas. 7. hic committi dolum, qui in jure dicitur

Stellionatus; addit tamen ex neutra parte esse cul-

pam gravem, nam si quis emens ulnam panni 14:

florenis simulet se dare 20:, aut si merces vitupe-

ret, ut sic deterreat alios, & solus emat, per hoc

non facit injuriam aliis emporibus, tum quia

nō inducit ipsos, ut pluris emant, tum quia quan-

do agitur de notabili commodo proprio, nemo

tenetur alteri veritatem aperire, quâ cognitâ

commodum impediretur. Addit Cas. 9., licet Ti-

tius mentiretur, mendacium esse merè officiosū.

Concludit, etiam sic eludi posse retractum, si con-

veniat inter contrahentes, ut domus ematur 500,

sed simul se obliget vendor ad 200., post con-

tractum condonandos. Verum, in primis certum

est, si alter habens jus retrahendi refudisset Titio

500:, teneri Titium hos 200: restituere, quia nul-

Io justo titulo habet: deinde reliqua, quæ addit & concludit Leff., etiam videntur difficultia, nam à n.
69. diximus cum communi, si quis alterum impedit a consecutione boni, ad quod habet jus; aut licet jus non habeat, si tamen impedit dolo vel mendacio, inferri injuriam, quisque enim habet jus ne fraude vel mendacio impediatur, ergo cum hi habentes jus retractus impedianter dolo vel mendacio, sit ipsis injuria, & incurritur obligatio compensandi damna inde secuta, secundum prudentum estimationem.

De jure retractus videri potest etiam Laym. l. 3. t. 4. c. 17. §. 6.

A R T I C U L U S II.

Quid sit Negotiatio, & quibus illicita.

- 996 " R. Ea est, cùm quis rem sibi comparat eo animo, ut integrum, & non mutatum, carius vendendo vel permutando lucretur Quod quia est obnoxium periculo multorum peccatorum, & valde distractivum, ac indecens statui Clericali sic lucris inhiare, severè prohibitum est Clericis constitutis in sacris, & Religiosis omnibus, ita ut mortaliter peccent, si multam negotiationi dent operam, ut ait Leff. quem V. l. 2. c. 21. n. 4. & Lay. l. 3. t. 4. c. 17. §. 7. Bon. de contr. d. 3. q. 1. p. 5. Lug. d. 26. n. 23. Unde resolves,
 " I. Si Clericus semel iterumque tantum negotietur, in materia non gravi, v. g. libros, cruces, &c. emat, ut occulte iterum vendat carius, non est mortale. Mald. Fill. Dian. Lugo n. 24.
 " II. Non est negotiatio Ecclesiasticis vel Religiosis prohibita, si emant pecora, quæ pascuis suis saginata vendant, quia vendunt fructus suorum prædiorum vel agrorum. Mol. ro. 2. disp.

342.